Quelle: http://manuscripta.at/?ID=508
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

publicatum quia auctores ille quas
hussite allegauerunt diu fuerunt
publice predicate et per doctores
discusse Et omnes qui tractauerunt
questionem istam / ex intencione determina-
uerunt / quod non est omnibus fidelibus
de necessitate salutis communicare sub v-
traque specie / et quod simplices magis
debent sequi vniversalem ecclesiam quam Ja-
cobellum cum suis discipulis
/ qui prius reputati fuerunt inter
doctores xamtatis / et ipsorum compa[illegible]
quasi nullius

Capitulum ij

Nec est eis credendum / quod aliquid
sit ipsis diuinitus reuelatum
/ nisi euidencia miraculi faciant
Racione eciam naturali persuadetur / quod omnis
fidelis debet sequi vniversalem ecclesiam po-
cius quam Jacobellum / quia ecclesia melius
intelligit mandata christi quam ipse
/ si enim vnius doctoris est credendum
multo magis omnibus / ymmo toti populo
christiano

Capitulum iij

Quicumque credit vniversalem ecclesiam
errare posse in hiis que sunt
de necessitate salutis / ipse nullam habet
fidem / quia fides cum dubitacione
stare non potest / quia dubius in fide
est infidelis / Si igitur ecclesia errare
potest in necessariis ad salutem / non erit certum
sed dubium vtrum approbando quattuor
ewangelia / et alia plura reprobando
/ errauerit / et sic non erimus certi
de doctrina ewangeliorum Et propter hoc dicit
sanctus Augustinus / non crederem ewangelio
nisi auctoritas ecclesie me commoueret
Vnde sequitur / dato quod ewangelia
contineant doctrinam christi vt verum est
tamen hussite numquam possunt esse certi
de intellectu verborum christi quia multi
multi sunt decepti / et quilibet particu-
laris homo in talibus errare potest

Et probatur euidenter per sanctum Thomam
/ quod qui non vult adherere doctrine
ecclesie / tamquam infallibili et diuine regu-
le que procedit ex scripturis sacris sa-
ne intellectis secundum doctrinam ecclesie
ille nullam habet fidem Et quod talis
ecclesia non debet intelligi numerus pre-
destinatorum / quia talis non docet vel
determinat

Capitulum iiij

Item non possunt hussite esse cer-
ti de intellectu scripture sacre
per exposiciones doctorum si putant ecclesiam
vniversalem errare posse in necessariis ad sa-
lutem / quia tunc ibi doctores sunt appro-
bati vel reprobati quos approbat vel
reprobat ecclesia / erit incertum vtrum in ap-
probando errauerit / et sic nescient
hussite / qui sint doctores katho-
lici / vel heretici / nec maior fides
est adhibenda dictis katholicorum
doctorum / quam ipsi doctores adhibent
Ipsi autem omnia sua dicta subicie-
bant correctioni ecclesie / ideo nichil ha-
bent omnino certum in dictis suis quan-
tum ad fidem / nisi quod approbat ecclesia
Et quod hussite simulant se audire
non velle Et quod ridiculum est quod pre-
tant deum aut defunctos doctores
in iudices / nisi velint habere vi-
uentes Et quod sine ecclesie iudicio non
potest haberi certum in fide

Capitulum quintum

Quod ecclesia katholica
non est inter hussitas / et qui
oppositum credit nullam habet fidem
/ et quod in tali ecclesia katholica Ro-
mana ecclesia est mater et magistra om-
nium / et quod qui repugnat eius appro-
bacioni in pertinentibus ad fidem est
hereticus Et hoc euidenter probatur
per sanctum Thomam / et amplius per sanctum Jeronimum
qui petit si in aliquo deficerit circa
fidem quam in libello suo expo-